UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

De Praepositionvm inuersione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

terum dicere: quod tunc iungatur cum genitiuo, quem etiã prępoſitio poſtulat.

Celebre eſt Poëtis præpoſitiones cõpoſitas diſſoluere, per alterius dictionis epentheſim. κατὰ γαῖα κάλυψε, pro γαῖα κατεκάλυψε. ἐκ δ᾽ ἐγέλασσε, pro ἐξεγέλασσε δέ. ἐξ ἔρον ἕντο, pro ἐξέντο ἔρον. Interdũ plures dictiones intercedunt, οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον. Sępe etiam componũt eas cum dictionibus, à quibus reſoluendæ ſunt, ἰθάκην κατακοιρανέουσι, pro κοιρανέουσι κατ᾽ ἰθάκην.

DE PRAEPOSITIONVM inuerſione.

INuertuntur prępoſitiones monoſyllabę quidem, in fine carminũ. ὀδυσσ. δ. οὐμέντοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἔξ, Nõ tamen malus uideť, neq; ex malis. ἰλιάδ. υ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξὺν, Et uenit Apollo cum Diana. Diſſyllabæ uero & in oratione ſoluta inuertuntur, & in carmine, tono acuto poſito ſupra penultimam, præter διὰ & ἀνὰ. idq; ne coincidant, hęc quidem cum uocatiuo,

ὦ ἄνα, ô rex. Illa uero cũ accuſatiuo, Δία, Iouem.

Cæterum trium temporum diſſyllabæ, hoc eſt, quæ conſtant altera longa, & altera breui, non inuertuntur, uelut ἀντὶ, ἀμφὶ. quemadmodum neq; in quibus ι redungat, ut καταὶ, παραὶ, ὑπεὶρ, tanquam factæ trium temporum.

Porrò ἐν quãdo aſſumit ι, & fit ἐνὶ, inuertitur more diſſyllabarum. Ἰλιαδ. α. ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ædibus in noſtris. Et ᾧ ἔνι κούρη κοιμᾶται, quo in loco puella cubat. Si inter duo nomina, alterum propriũ, alterum appellatiuum uel adiectiuum, ſit præpoſitio, hãc inuerti neceſſe eſt, ut ante totam conſtruatur orationem, ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, fluuio à Selleente. Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, Xantho in uerticoſo.

Si uero præpoſitio ſit inter nomen & uerbum, ſeu participium, poterit ſecundum diuerſam ſententiam & conſtructionem inuerti, & nõ inuerti, ut ἰθάκην κατὰ κοιρανέουσι. Si enim κατὰ referatur ad ἰθάκην, ſignificans locum, inuertitur hoc

modo,

modo, ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι, iuxta Ithacam dominãtur. Si uero referatur ad uerbum κοιρανέουσι, ut illi maiorem addat emphaſim, non inuertetur. Simile eſt in hoc, εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον. Quod poteſt etiam ſic legi, εὗρε δὲ Πατρόκλῳ πέρι κείμενον.

Ad hunc aũt modum fit, ſi inter propria duo, uel appellatiua, cadat præpoſitio, coniunctione ipſam ſequente. νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, nauibus ab, atq; tentorijs. Ἀγαμέμνονος πέρι, καὶ Ἀχιλλέως, Agamemnone de, atq; Achille.

Item, ſi media inciderit, nullaq; alia orationis pars interueniat, modo poſtponatur dictioni, quam debebat præcedere, inuertitur. ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, q̃ in loco multum laboraui. θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, à dijs conſilia ſciens. Si uero inter præpoſitionem & uerbum, uel nomen ad quod pertinet prępoſitio, intercedat alia pars orationis, non reflectit̃. τῷ δ' ἔπι Τυδείδης ὦρτο, hunc autem Tydides inuaſit. Intercedit enim coniunctio

δὲ, idq́; niſi ſit in fine ſententiæ: tunc enī inuertitur, etiam ſi quicquam interueniat, πάντων ἔπτυσε πολὺ κάτα. omnes autem excreauit multos contra.

Quæ uero patiuntur eliſionem uocalis, non reflectuntur, niſi punctum ſubſequatur, aut ſignificatū corrumpatur non conuerſæ. ἰλιάδ. τ. στεῦτο γὰρ ἡφαίστοιο πὰρ οἰσέμεν ὅπλα, ſtatuebat enim à Vulcano ferre arma. Vnde Poëtę poſt prępoſitionem quandoq; punctum faciūt, Oratores uero non, præterquàm in præpoſitione πρὸς. hanc enim ſolam ante punctum locant: ut in hoc, καὶ μικρόν τι πρὸς, & ad paruum quippiam.

SYNTAXIS ADVERBIORVM.

ADVERBIA ſi poſt ſe caſum habent, cōſtruuntur cum genitiuo. μάλιστα πάντων, maxime omnium. λάθρα τῶν ἄλλων, clàm alijs. χωρὶς τῶν ἄλλων, abſq; alijs. ἅπαξ, ἢ δὶς τῆς ἡμέρας, ſemel aut bis in die. χάριν ἐκείνου, ἕνεκα

ἐκείνου,